

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Disputatio moralis de usu rerum innoxio ejusque vero ac solido fundamento**

**Saalbach, Christian  
Golen, Erich**

**Gryphiswaldiae, 1694**

Praeloquium

**urn:nbn:de:bsz:31-102735**

PRÆLOQVIUM.

**L**ongo usu in Academiis utiliter satis receptum est, ut disputandi  
suis speciminibus, quæ publici juris faciunt, sermonem quendam  
preliminarem præmittant, in quo vel præsentis materis nobilita-  
tem ac utilitatem commendent, difficultatem vero declarent: vel  
de aliis quibuscunque rebus ad Lecturum disserant. De cuius sermonis præ-  
æmialis usu abusive hic loci nihil adferam; neq; de ejus inscriptione magno-  
pere ero sollicitus. Illud vero dissimulare & tacite habere non possum, me  
Anno superiori, Suecorum Ecclesie Jubileo, Physicum quoddam argumen-  
tum experimentale elaborare coepisse, moxq; ad quendam Magni nominis  
Virum & de Academia Londensi optime meritum meum desiderium detulisse,  
cujus etiam hortatu firmatus inceptam telam pertexui. Interea vero tempo-  
ris, a Sacr. Reg. Majest. Holmiam idem Vir vocatus est; Ego vero in Ger-  
maniam profectus sum; ut eundem qualemcunq; laborem reassumere nunc  
non placeat; quem alio forte tempore locoque publicæ Eruditorum censure,  
DEO volente, exponam. Interim de alia quadam materia ventilanda rursus  
mihi cogitanti, inter alias plurimas & ea occurrebat, quæ est de USU RERUM  
INNOXIO, quam etiam ut in scriptis diffusissimam & controversis involutam  
maximeq; vexatam, ita præstantissimam, sponte elegi, electam in præsentem  
formam, pro ingenii tenuitate, diduxi, & jam, indultu Ampliff. Facultat.  
Philosoph. prælo subjicio. Optasem quidem mihi dierum adhuc aliquot  
spatium moramq; ut hæc, quæ memoriæ saltem sublevandæ ergo mihi meæ  
adnotaram, dilucidius exactiusq; aliquanto tractare potuissem; At vero  
vicit præsens, eaq; ut opinor non immerito, honesta impellensq; satis, ratio;  
videlicet Istadensis Rectoratus munus, ad quod, a Max. Ven. Consist.  
Ecclesiast. Londensi, jam olim electus, nunc vero vocatus sum, & ab eodem  
benigne compellor, ut absq; ulteriori temporis dilatione idem capeßam. Sic  
proinde festinationis meæ rationes attuli. Ipsa vero Disputatio mea absol-  
vitur 1. Generalibus quibusdam requisitis, quibus homo instructus  
aliis in Republ. utilis esse potest. 2. Rerum innoxie utilitatis causa,  
ubi falsam destruxi impugnaviq;, veram autem asserui & vindicavi.  
3. Iphis rebus examinandis, iisq; vel communibus, vel propriis ac  
specialibus. Nolo itaq; hoc schedaßma pro exarsciato accipi, sed uti revera  
est, immaturo ac intra perbreve tempus tractum confecto, & pro curia  
virium facultate concinnato. Ut vero æqui boniq; conatus meus honestus  
consulatur, & non in sequiorem partem explicetur torqueturq;, est quod a  
B. L. impense contendo.

A

ARTIC. I,